 Lusitaniam et Beticam interfluit proficiscerentur. Illi paruulis itineribus 4
 coeuntes, et in uia uenatione uacantes, Regis iussum compleuere. Rex uero ad 5
 Montem Maiorem aliquot post diebus uenit, oppidum in loco edito condito, ut 6
 cum praefecto equitum qui tunc Oriolis erat, quod oppidum a Monte Maiore 7
 triginta nouem circiter millia passuum abest, de expeditione consultaret. 8
 Postquam uenit, diem edixit ut filii et praefectus, in medium uiae quae utrumque 9
 oppidum interiacet conuenirent. Rex deinde coram filiis omne negotium 10
 praefecto patefecit. Praefectus immortalis Deo gratias egit sanctamque Regis 11
 intentionem collaudauit et ut rem acceleraret strenue persuasit. 12

His rebus perfectis, ex una cum filiis, illinc discessit et praefectus domum 13
 suam rediit. Deinde Eduardus, Petrus et Henricus, Curia Regis excedentes, 14
 quisque domum suam profecti sunt. Etsi Iohannes, uti supra diximus, pro 15
 nauibus partim reficiendis et partim aedificandis Gomesio Laurentii negotium 16
 comisisset, ubi tamen in Sancterenam rediit, eis solum rebus studere incepit, 17
 quae classi parandae commodissima uidebantur, et quoad poterat rem festinabat; 18
 nec propterea cussio monetae intermittebatur. Deinde omnibus carpentariis atque 19
 fabris Regni sui strictum imperavit ut refectioni et aedificationi nauium ac 20
 tormentorum continuo uacarent. Quibus imperata exequentibus, breui factum 21
 est ut Iohannes copiam nauium, pecuniarum et aliarum rerum haberet. Etsi tanta 22
 rerum nouitas, Portugalensium atque exterorum animos diuersas in sententias 23
 distraxisset, ita ut alli adfirmarent Iohannem in Aragoniam, alii in Siciliam 24
 Insulam feracissimam, alii in alias Orbis partes fuisse profecturum. Nemo 25

3 arcersiri M 4 interluit E 7 erit M 11 patifecit M 13 illunc M
 18 commodissime M 19 intremittebatur M 21 imparata M 24 Aragonem E

tamen praeter unum iudaeum uere ualuit coniecturare, cuius Iudas Niger nomen erat, qui quatuor carminibus, quasi augurandi scientiam habuisset, Martino Alphonso praenuntiauit.

28

Dum haec in Portugalia gererentur, ad aures Ferdinandi, qui Regnum Aragoniae nuper habuerat, fama peruenit Iohannem, ornata classe, aut Aragoniam aut Siciliam inuadere statuisse. Quocirca sibi timuit praesertim quod ciuis quidam Valentinus, cui totum illius ciuitatis negotium commiserat, ut fidelitatem in Regem mendatio simularet, finxit (adeo callidis hominibus innata simulatio est) sese certo scire, comitem de Orgellis, qui Aragoniam dicebat ad se pertinere, Iohanni scripsisse quod si maritimo bello Aragoniam inuaderet, et aduentu classis agitaret, Regnum facile recuperare posset. Maior enim pars Regni Ferdinando metu parebat, et adiecisse: si rem adoriretur, duas quas habebat filias duobus eius filiis connubio dicaret et qui cum maiori contraheret, futurus Aragoniae Rex foret, qui uero cum minori, non < solum > primum in Regno Dominum expectarent < sed > post mortem suam in comitatu sibi sucessurus. His uerbis Ferdinandus motus, ad Iohannem Oratores suos misit, qui cum in Potrugaliam aduentassent, ingressi cameram Regis in praesentia procerum ad hunc modum legationem dixerunt: *Magnanime Princeps, Ferdinando Regi, nostro nuntiatum est tui propositi esse, cum classe quam paras, aut in Aragoniam aut in Siciliam proficisci, quare admodum te rogat, si res ita se habet, ab hac sententia desistere uelis, aut si haec tibi cordi est, intentionem tuam, instar boni Principis, patefacias, qui palam et non furtim uictoriam sibi quaerit.* Iohannes breui legatorum orationi respondit nihil aduersus Regem Ferdinandum se facturum, immo eum, si necessum fuerit, adiuturum. Legati, accepto responso, ad Regem suum redierunt.

30

33

35

38

40

43

45

48

50

26/27 praeter unum iudaeum, cuius Iudas Niger nomen M: praenouit praeter unum iudaeum, cuius nomen Iudas Niger E 27 arminibus M 34 sese] a add. M 36 facili M 39/40 non < solum > primum in Regno Dominum expectarent < sed > post sic *originalem textum coniecit* F: minori] primus in Regno dominus post scribit E 44 est] .quod add. M 46 habeat M haec] hoc M 48 orationi: breui *repetens* add. M 50 redeunt M

Etsi Iohannes, ut supra docuimus, Septam expugnare decreuisset, tamen iniquum existimabat absque consensu suorum procerum rem adeo grandem adoriri. Quocirca quid agendum consularat illis declarare constituit et huius rei gratia, consilium in Turribus Veteribus celebrare decreuit, quod oppidum unum et uiginti circiter millia passuum ab Vlisipone distat. Conuocatis eo proceribus subinde in domo consilii, iuxta ordinem considentibus, ita loqui cepit: *Quantum, milites, hunc diem semper exoptauerim. Ego ipse conscius sum, ut rem mihi deliberatam uobis nuntiarem. Quippe, non ignoratis quanto caritatis ardore, Regia domus nostra Diuinum obsequium semper anhelauit, neque uos latet tempore belli castellani Regem Granatae mihi complures armatos obtulisse, quos reieci, putans iniquum fuisse ab hoste fidei subsidium in christianos acceptare. Post haec, cum pacem perpetuam mihi postulasset, renui, existimans illos quiscum lingua, moribus et institutis discordamus et qui ab omni humanitate et Religione absunt, diu non potuisse in officio manere. Praeterea noscitis, in bellis anteactis, etsi hostem in brachio Dei fundimus, me nihil praeter pacem anhelasse nec anhelasse bellicis laboribus fatigatum, sed poenitudine ductum multum enim sanguinis christianorum fundebatur. Verumtamen quia Deus, cui nihil opertum est, meam internoscebat uoluntatem, dissensionem inter Castellam et Portugalam diu ortam extinxit, ob quam magni principatus aliquando subuertuntur, quod non minus mihi gratum fuit quam uictoria quam aduersus Iohannem Castellae primum obtinui. Ex illo quidem tempore, mecum ipse hostes fidei proeliis agitare cogitauim, cuius rei gratia Ferdinandum nunc Aragoniae Regem, tunc uero Regis Castellani gubernatorem, sum deprecatus, quod granatensi bello me sibi socium assistere uoluisset. Et quia animum in Aragoniam conuerterat, desiderio meo satisfacere*

52 procerum om. E 62 renni M 63 quiescum E 65 noscis M
 68 intergnoscebat M 69 quamob M 72 cogitauim om. M 74 sui M

*non potuit. Dum memoria haec fixa tenerem et de militia filiorum meorum cum
 quodam uiro probatissimo consultarem, ait ille: Septam inuade, mi rex, et sic
 poteris Deo seruire et filios tuos strenue milites armare. Huius uiri consilio et 78
 instantia filiorum meorum commotus, eam ciuitatem expugnare statui, cuiusque
 magnitudinem et frequentiam nosse curauit certiorque factus sum a nostra 80
 Europa esse modico freto disiunctam. Ideo censui decretum meum hodie uobis
 declarare ut uestra sapientia celerius et opportunius negotium dirigi possit.
 His dictis finem fecit. Tunc proceres sententiam Regis collaudarunt et 83
 intentionem suam in medium prodidere. Subinde Rex, uulgo dissimulans non
 sibi sed filiis classem exornasse, omnibus suis subditis scripsit quod partim 85
 sese pararent cum filiis suis profecturos et partim ad Regni tuitionem secum
 remansuros; et adiecit quod profecturi scriberent quot cum armatis quisque
 classem sequi disponebat et uel ad Vlisiponem uel ad Portum, ciuitatem iuxta 88
 quam Duris fluit, amnis Lusitaniae non obscurus, uenirent ad mercedem
 capiundam. 90*

TRADUÇÃO DO EXCERTO Nº 6

Depois disto D. João partiu para Santarém, cidade que dista de Lisboa cerca de quarenta e dois mil passos. Ali, mandou reunir D. Duarte, D. Pedro e D. Henrique e pediu-lhes que partissem para a zona do rio Guadiana, que corre entre Portugal e a Andaluzia. Eles, partindo juntos, andando em pequenas etapas e entregando-se na viagem à caça, cumpriram a ordem do rei. O rei, porém, alguns dias depois, veio para Montemor, cidade situada num lugar elevado, para consultar, acerca da expedição, o prefeito dos cavaleiros que então estava em Arraiolos, cidade que dista de Montemor cerca de trinta e nove mil passos. Depois de chegar, marcou o dia em que os filhos e o prefeito se reuniriam no meio do caminho que liga uma e outra cidade. Em seguida, o rei revelou, na presença dos filhos, todo o seu projecto ao prefeito. O prefeito agradeceu a Deus Imortal e elogiou a sagrada intenção do rei e convenceu-o a que rapidamente apressasse o seu projecto.

Realizadas estas coisas, o rei afastou-se daquele lugar, juntamente com os seus filhos, e o prefeito regressou a sua casa. Em seguida, D. Duarte, D. Pedro e D. Henrique, afastando-se da Corte do rei, partiram, cada um para sua casa. Embora D. João, como atrás dissemos, tivesse entregue a Gonçalo Lourenço o projecto de, em parte, reparar os navios e de, em parte, os construir, contudo, logo que chegou a Santarém, começou a dedicar-se apenas àquelas coisas que lhe pareciam as mais vantajosas para preparar a armada e apressava o evento tanto quanto podia, mas sem ser interrompida a cunhagem da moeda. Ordenou a todos os carpinteiros e artífices do seu reino para continuamente se entregarem à reparação e construção de navios e de máquinas de guerra. Cumpridas as ordens por estes executantes, rapidamente se conseguiu que D. João tivesse uma grande quantidade de navios, de dinheiro e de outras coisas. E, embora tão grande quantidade de coisas tivesse dividido os espíritos dos portugueses e de estrangeiros em diversas opiniões, de tal maneira que uns afirmavam que D. João estava para partir para Aragão, outros para a muito produtiva ilha da Sicília e outros para outra parte do globo, ninguém, contudo, o pode verdadeiramente adivinhar a não ser um judeu, chamado Judas Negro que com quatro fórmulas, como se tivesse alcançado o poder de adivinhar, o anunciou a Martinho Afonso.

Enquanto estas coisas se faziam em Portugal chegou a notícia aos ouvidos de D. Fernando, que detinha o reino de Aragão há pouco tempo, a notícia de que D. João resolveu invadir, com uma armada preparada, ou Aragão

ou a Sicília. Por esse motivo, sobressaltou-se, principalmente porque um certo cidadão de Valença, a quem ele confiara a administração daquela cidade a fim de mostrar fidelidade ao seu rei, embora à custa de uma mentira, inventou (pois a homens astuciosos a simulação é inata) que sabia ao certo que o conde de Urgel, que dizia que a Aragónia lhe pertencia, tinha escrito a D. João dizendo que se invadisse Aragão, por meio de uma guerra naval, e se o fizesse avançar com a chegada da armada, podia facilmente recuperar o reino. Na verdade, a maior parte do reino obedecia a D. Fernando por medo e acrescentou que, se conquistassem o seu reino, daria em casamento as suas duas filhas que tinha aos seus dois filhos, e o que contraísse matrimónio com a mais velha, seria o futuro rei de Aragão e o que, porém, casasse com a mais nova, não só o esperariam como o mais importante senhor do reino, mas também seria seu sucessor como conde depois da sua morte. D. Fernando, atormentado com estas palavras, enviou os seus embaixadores a D. João. Tendo chegado a Portugal, entraram na câmara do rei e na presença de nobres, falou a legação deste modo: *Magnânimo Príncipe, foi anunciado ao nosso rei Fernando que é teu propósito, com uma armada que estás a preparar, partir ou para Aragão ou para a Sicília, pelo que muito te pede, se o projecto assim se processa, que desees desistir desta intenção, ou se te é cordial, que manifestes a tua intenção à maneira de bom príncipe, que procura para si uma vitória à vista de todos e não às escondidas.* D. João respondeu ao breve discurso dos embaixadores que nada havia de fazer contra o rei D. Fernando e que até o havia de ajudar se fosse necessário. Os embaixadores voltaram com esta resposta ao seu rei.

Embora D. João, como atrás afirmámos, tivesse resolvido atacar Ceuta, contudo julgava que era injusto atacar uma grande cidade sem o consentimento dos seus. Por isso, decidiu declarar-lhes o que resolvera fazer e, por causa deste assunto, decidiu convocar uma assembleia em Torres Vedras, cidade que dista de Lisboa cerca de vinte e um mil passos. Convocados os embaixadores para esse lugar, em seguida, na casa do conselho, sentados segundo o costume, assim começou a falar: *Só eu tenho consciência de quanto eu sempre desejei este dia, cavaleiros, para vos anunciar um projecto deliberado por mim. Na verdade, não ignorais com quanto ardor de caridade a nossa casa régia sempre acatou uma missão divina e não vos é desconhecido que no tempo da guerra com Castela, o rei de Granada me ofereceu muitos soldados armados, que eu rejeitei, julgando que era iníquo aceitar do inimigo da Fé auxílio contra os cristãos; depois disto, como me tivesse pedido uma paz perpétua, eu recusei-a, pensando que aqueles, de quem somos diferentes na*

língua, nos costumes e nas leis, e que estão afastados da nossa cultura e religião, que não poderiam permanecer por muito tempo nesta sua intenção. Além disso, vós sabeis que nas guerras travadas antes, embora nós derrotássemos o inimigo com a ajuda de Deus, eu nada desejei a não ser paz e nem a desejei cansado das lutas belicosas, mas sim levado pela pena, porque muito sangue dos cristãos se tinha derramado. Mas porque Deus, a Quem nada é oculto, conhecia a minha vontade, extinguiu esta discórdia antiga entre Castela e Portugal, discórdias pelas quais grandes principados se aniquilaram algumas vezes. Este facto não me foi menos agradável do que a vitória que eu alcancei contra D. João I de Castela. Na verdade, desde aquele tempo, eu mesmo pensei atacar os inimigos da Fé com combates. Por causa disso, pedi a Fernando, agora rei de Aragão, mas então tutor do rei de Castela, que me aceitasse como aliado na guerra contra Granada. Mas como tinha voltado o seu espírito para Aragão, não pôde satisfazer o meu desejo. Tinha eu ainda estas coisas fixas na memória quando, ao consultar com um homem muito honesto acerca da militância dos meus filhos, ele disse: invade Ceuta, ó meu rei, e assim poderás servir a Deus e armar honradamente cavaleiros os teus filhos. Movido pelo conselho deste homem e pela insistência de meus filhos, resolvi atacar esta cidade e cuidei de conhecer a sua grandeza e densidade de população, depois de me certificar que ela está separada da nossa Europa por um pequeno estreito. Por isso, resolvi declarar-vos hoje a minha decisão, para que, com a vossa sabedoria, esta empresa possa ser dirigida mais rápida e oportunamente. Terminou com estas palavras. Então os embaixadores elogiaram a sentença do rei e apresentaram a sua intenção perante todos. Em seguida, o rei fingindo claramente que não preparou a armada para si, mas para os seus filhos, escreveu a todos os seus súbditos para que se preparassem, uns para partir com os seus filhos e outros para ficarem consigo para defesa do reino; e acrescentou que os que partissem lhe dissessem por escrito de quantos armados cada um dispunha para seguir e que viessem ou a Lisboa ou à cidade do Porto, junto da qual corre o Douro, conhecido rio de Portugal, para receberem o pagamento.

Manuscrito nº 1 (Biblioteca Ducal de Vila Viçosa)

/post hoc Johannes in Sancteremam profectus
 oppidum ab Vlxapone duo et quadraginta cir
 citer milia passuum disunctu Edwardu Petru
 et Henricum arcesiri iussit eisqve imperavit
 ut uersus anam amnem qui lusitaniam et beti
 cam interfluit proficiscerentur illi paruulis iti
 neribus coeuntes et in uia uenationi uacantes
 regis iussu compleuer. Rex uero ad motu
 maiorem aliquot post diebus uenit oppidum
 in loco edito conditum ut cum prefecto equiti
 qui tunc oriolis erit quod oppidum a monte
 maiore nouem circiter passuum abest de expedi
 tione consultaret postq uenit die edixit ut filij
 et prefectus in medium uie que utrunq oppidii

interiaret conuenient Rex deinde corā filijs omnia
negocium profecto perfecerat perfectus immortalis
deo gratias egit sanctaque regis intentionem col
laudauit et ut regis acceleraret litentie persuasi
his rebus perfectis Rex una cum filijs illuc disce
ssit et perfectus domum suam rediit deinde Eou
ardus Petrus et Henricus curia regis excedentes
quisque domum suam profecta sunt et si Iohannes
uti supra diximus pro natibus parti reficiendis
et partim edificandis Gomeho Laurentij nego
cium commisisset ubi tamen in stratena rediit
eis solum rebus studere incipit que clasi parēte
comodissime uidebantur et quoad poterat rem fel
tinabat nec ppa cussio monere inremittebatur
deinde omnibus carpentarijs atque fabris regni
sui strictum imperauit ut refectio et edificatio
nauium ac tormentorum continuo uacaret quibus
imparata crequentibus breui facta est ut Iohannes
copiam nauium pecuniarum et aliarum rerum
haberet et si tanta rerum nouitas portagallicensium
atque extetorum animos diuersas in sententias
distinxisset ita ut alij affirmarent Iohannem in
aragoniam alij in siciliam in sulum feracissimam alij
in alias orbis partes fuisse profecturum nemo ta

meri pater primum uicem uere ualuit coniecturare
 cuius iudeis niger nomen erat qui quatuor armi
 nibus quasi tangurandi stram habuisset martino Al
 fonso preuenit dum hec in portugallia gerere
 tur ad aures ferdinandi qui regnum aragonie
 nuper habuerat fama puenit johannem ornata
 classe aut aragoniam aut siliam uadere statuisse
 quocirca sibi timuit prelerum qd cuius quidam ua
 lentinus cui totum illius ciuitatis negotium co
 miterat ut fidelitatem in regem mendatio simila
 ret finxit adeo callidis hoibus innata simulatio est
 se se a certo scire comitem de orcellis qui aragoniam
 dicebat ad se pertinere johanni scripsisse qd si maritimo
 bello aragoniam munderit et aduentu classe ageretur
 regnum facili recuperare posset maior enim pars reg
 ni ferdinando metu parebat et adiecisse si rem ad
 rueretur duas quas habebat filias duobus eius filijs
 connubio diceret et qui cum maiori contraheret fu
 turus aragonie rex foret qui uero cum minori non
 pium in regno dominum expectaret post mortem suam
 in comitatu sibi successurus ¶ Die uerbis ferdinandus
 motus ad johannem oratores suos misit qui cu in por
 tugalliam aduentissent ingressi cameram regis in
 presentia procerum ad hunc modum lectionem dixere

magnanime princeps Ferdinandus regi nostro nū-
 tium est quod tua propoliti effectum classe quā parua
 aut in atagoram aut in siciliam proficisci quare
 admodum te rogat si res ita se habeat ab huius sen-
 tentia desistere velis quod si hoc tibi est intentione
 tum militum boni principis paternitas qui palam et
 non furtim uictoriam tibi querit Johannes breui le-
 gatorum orationi breui respondit nihil aduersus re-
 gem Ferdinandum se facturum immo eū si necessū
 fuerit adiuturum legati accepto responso ad regē
 suū redeunt. **E**t si Johannes ut supra diximus
 Septem ex pilonarum decussibus nūquā existi-
 mabat absque consensu suorum procerum remare gra-
 tiam aduari quocirca quod agendum consultat
 illis redare constituit et huius rei gratia consili-
 um in artibus ueteribus celebrare decreuit quod
 oppidum unum et uiginti curat mille passuum ab
 Vlixipone distat conuocatis eo proceribus sub inde in
 domo consilii iuxta ordinem consentientibus ita loqui
 cepit quantum milites hunc diem semper exopta-
 uerim ego ipse conscius sum ut rem mihi deliberatā
 uobis nūntiarem quippe non ignoratis quanto ca-
 ritatis ardore regis domus nostra diuinū obsequiū
 semper anhelauit neque uos lateret tempore belli cal-

: tellani regem :

cellam regem granate mihi complures armatos
 obtulisse quos reuera putans iniqui fuisse ab hoste
 fidei subditum in christianos acceptate post hoc
 cum pacem perpetuam mihi postulasset renni
 existimans illos quis cum lingua moribus et
 institutis discordamus et qui ab omni humani
 tate et religione absunt. Dui non potuisse in offi
 cio manere preterea noscis in bellis attractis et
 si hostem in brachio dei fundimus me nihil preter
 pacem anhelasse nec anhelasse bellicis laboribus
 fatigatum sed penitudine ductum multum enim
 sanguinis christianorum fundebatur uerunta
 men quia deus cui nihil opertum est meam in
 teipsosebat uoluntatem dissensionem inter cas
 tellam et portugaliam diu ortam extinxit qua ob
 magni principatus aliquando subuertuntur
 quod non minus mihi gratum fuit quam uictoria
 quam aduersus Johannem castelle primum ob
 tinui ex illo quidem tempore mecum ipse hostes fidei
 prelys agitare cuius rei gratia fernandū nūc
 aragonie regem tunc uero regis castellanū guber
 natorem suū deprecatus quod granatensi bello me
 sibi socium assistere uoluisset et quia animū
 in aragoniam conuertenti desiderio meo latitā
 D

cere non potuit. dum memorata hec fieri conuenit
 et temeraria filiorum meorum cum quodam uirgo
 probatissimo consultarem. huius ille Septima mense
 mi rex et sic poteris deo seruire et filios tuos strenue
 milites armare huius uiri consilio et instaurata
 filiorum meorum commotus eam ciuitatem ex
 pugnaret. statui cuiusque magnitudinem et frequen-
 tiam nosse. curauit certiorque factus sum a nostra
 europa esse modico fretto disiuncta. ideo censui
 decretum meum hodie uobis dedisse ut nostra
 sapia celerius et oportunius negocium dirigere po-
 sset. his dictis finem fecit. tunc principes sententiam
 regis collauctarunt et intentionem suam in me-
 dium producere subintere. Rex uulgo dissimulans
 non sibi sed filijs classem exornasse omnibus suis
 subditis scripsit. quod partim se se pararent cum filijs suis
 profecturos et partim ad regni tuitionem secum re-
 mansuros et adiecit quod profecturi scriberent quot
 cum armatis quisque classem sequi disponebat et
 uel ad vlexiponem uel ad portum ciuitatem iuxta
 quam diuus fuit. annis lustrauit non obscurus
 uenirent ad mercedem capundam.

Edição de 1790 (Abade Corrêa da Serra)

Post hæc Johannes in Sancterenam profectus, oppidum ab Ulisponæ duo & quadraginta circiter millia passuum disjunctum, Eduardum, Petrum, & Henricum accersiri jussit, eisque imperavit: ut versus Anam amnem, qui Lusitaniam & Beticam interluit, proficiscerentur; illi parvulis itineribus cocuntes, & in via venationi vacantes, Regis jussum complevere. Rex vero ad Montem Majorem aliquot post diebus venit, oppidum in loco edito conditum, ut cum præfecto equitum qui tunc Oriolis erat, quod oppidum à Monte Majorè triginta novem circiter millia passuum abest, de expeditione consultaret: postquam venit, diem edixit ut filii & præfectus, in medium viæ quæ utrumque oppidum interjacet convenirent; Rex deinde coram filiis omne negotium præfecto patefecit. Præfectus immortalæ Deo gratias egit, sanctamque

Re:

24

MATH. DE PISANO

Regis intentionem collaudavit & ut rem acceleraret strenue persuasit.

His rebus perfectis, Rex una cum filiis illinc discessit, & præfectus domum suam rediit: Deinde Eduardus, Petrus, & Henricus, Curia Regis excedentes, quisque domum suam, profecti sunt. Etsi Johannes, uti supra diximus, pro navibus partim reficiendis & partim ædificandis, Gomesio Laurentii negotium commisisset: ubi tamen in Sancterenam rediit, eis solum rebus studere incepit quæ classi parandæ commodissima videbantur, & quoad poterat rem festinabat, nec propterea cussio monetæ intermittebatur; deinde omnibus carpentariis, atque fabris Regni sui strictum imperavit, ut refectio & ædificationi navium, ac tormentorum continuo vacarent; quibus imperata exequentibus, brevi factum est ut Johannes, copiam navium, pecuniarum & aliarum rerum haberet. Et si tanta rerum novitas, Portugalesium atque exterorum animos diversas in sententias distraxisset: ita ut alii adfirmarent, Johannem in Aragonem; alii in Siciliam Insulam feracissimam, alii in alias Orbis partes fuisse profecturum; nemo tamen prænovit præter unum judæum, cujus nomen Judas niger erat, qui quatuor carminibus, quasi augurandi scientiam habuisset, Martino Alphonso prænuntiavit.

Dum hæc in Portugalia gererentur, ad aures Ferdinandi, qui Regnum Aragoniæ nuper habuerat, fama pervenit, Johannem ornata classe, aut Aragoniam, aut Siciliam invadere statuisse; quo circa sibi timuit: præsertim quod civis quidam Valentinus, cui totum illius civitatis negotium commiserat, ut fidelitatem in Regem mendacio simularet, finxit (adæo callidis hominibus innata simulatio est) sese certo scire, Comitum de Orgellis qui Aragoniam dicebat ad se pertinere, Johanni scripsisse: quod si maritimo bello Aragoniam invaderet, & adventu classis agitare, Regnum facile recuperare posset; major enim pars Regni Ferdinando metu parabat, & adjecisse: si rem adoriretur, duas quas habebat filias duobus ejus filiis connubio dicaret, & qui cum majori con-

tra-

GUERRA DE CEUTA:

25

traheret, futurus Aragoniæ Rex foret, qui vero cum minori; primus in Regno Dominus post mortem suam in comitatu sibi successurus; his verbis Ferdinandus motus, ad Johannem Oratores suos misit, qui cum in Portugalam adventassent, ingressi cameram Regis in præsentia procerum ad hunc modum legationem dixerunt: // *Magnanime Princeps, Ferdinando Regi nostro nuntiatum est tui propositi esse, cum classe quam parasti, aut in Aragoniam, aut in Siciliam proficisci: quare admodum te rogat, si res ita se habet, ab hac sententia desistere velis, aut si hæc tibi cordi est, intentionem tuam, instar boni Principis, patefacias, qui palam & non furtim victoriam sibi quærit.* Johannes brevi legatorum orationi respondit, nihil adversus Regem Ferdinandum se facturum; immo eum, si necessum fuerit, adfuturum. Legati accepto responso, ad Regem suum redierunt.

Etsi Johannes, ut supra docuimus, Septim expugnare decrevisset: tamen iniquum existimabat, absque consensu suorum rem adeo grandem adoriri; quo circa quid agendum consultaret illis declarare constituit, & hujus rei gratia, consilium in Turribus veteribus celebrare decrevit; quod oppidum unum & viginti circiter millia passuum ab Ulisipone distat; convocatis eo proceribus, subinde in domo consilii juxta ordinem confidentibus, ita loqui cepit: *Quantum milites hunc diem semper exoptaverim; ego ipse conscius sum, ut rem mihi deliberatam vobis nuntiarem; quippe non ighoratis quanto charitatis ardore, Regia domus nostra Divinæ obsequium semper anhelavit; neque vos latet tempore belli castellani Regem Granatæ mihi complures armatos obtulisse, quos rejeci, putans iniquum fuisse, ab hoste fidei subsidium in christianos acceptare; post hæc cum pacem perpetuam mihi postulasset, renui existimans illos quiescum, lingua, moribus & institutis discordamus, & qui ab omni humanitate & Religione absunt, diu non potuisse in officio manere; præterea noscitis, in bellis antea actis etsi hostem in brachio Dei fundimus, me nihil præter pacem anhelasse, nec anhelasse bellicis laboribus fatigatum, sed pœnitudinè ductum, multum enim sanguinis christianorum fundebatur; verumtamen quia Deus cui nihil opertum*

26

MATH. DE PISANO

est, meam internoscere voluntatem, dissensionem inter Castellam & Portugalam diu ortam extinxit, ob quam magni principatus aliquando subvertuntur, quod non minus mihi gratum fuit, quam victoria quam adversus Johannem Castellæ primum obtinui, ex illo quidem tempore mecum ipse hostes fidei præliis agitare cogitavi, cujus rei gratia Ferdinandum nunc Aragoniæ Regem, tunc vero Regis Castellani Governatorem, sum deprecatus; quod Granatensi bello me sibi socium assistere voluisset, & quia animum in Aragoniam converterat, desiderio meo satisfacere non potuit! Dum memoria hæc fixa tenerem, & de militia filiorum meorum cum quodam viro probatissimo consultarem; ait ille; Septam invade mi Rex, & sic poteris Deo servire, & filios tuos strenue milites armare; hujus viri consilio & instantia filiorum meorum commotus, eam civitatem expugnare statui, ejusque magnitudinem & frequentiam nosse curavi, certiorque factus sum a nostra Europa esse modico freto disjunctam; ideo censui decretum meum hodie vobis declarare, ut vestra sapientia celerius & opportunius negotium dirigi possit. His dictis finem fecit, tunc proceres sententiam Regis collaudarunt, & intentionem suam in medium prodidere. Subinde Rex vulgo dissimulans, non sibi sed filiis classem exornasse, omnibus suis subditis scripsit, quod partim sese pararent cum filiis profecturos, & partim ad Regni tuitionem secum remanuros, & adjecit quod profecturi scriberent, quot cum armatis quisque classem sequi disponebat, & vel ad Uliisporem, vel ad Portum Civitatem juxta quam Durius fluit annis Lusitanæ non obscurus, venirent ad mercedem capiundam.